



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. An & qua ratione Clerici possint abesse à suis Ecclesiis, vel beneficiis, ob causam studiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

suz super juribus Ecclesie suz componendis, Studiorum causâ &c. de quo ul timo tamen fit.

## §. VI.

An & qua ratione Clerici possint abesse à suis Ecclesijs, vel beneficijs, ob causam studiorum.

Quod Beneficiati, etiam Curati, possunt quinque annis in Universitate aliqua Theologiae, vel Juri Canonico studere, & quamdiu voluerint docere, & tamen reditus suorum beneficiorum in absentia percipere, habetur in *c. final. de Magistris*, intimando quidem hoc, ut Vicarius idoneus substituatur, Episcopo, non tamen ab eo petendo licentiam, cum de jure communi hæc absentia concedatur. Verum in *c. Cum ex eo 34. de elect. in 6.* conceditur Episcopis, ut dispensare possint cum obinentibus Ecclesijs Parochiales, ad septennium, studiorum causâ abesse in quacunque facultate conveniente: & quamvis multi putent, hodie post Tridentinum *Sess. 23. c. 1. de reforma.* licentiam hanc ab Episcopis non posse concedi illis, qui Parochiales Ecclesias obtinent, certum tamen est, quod Canonicis concedi debeat, si minores sint 30. annis, & status Ecclesie per eorum absentiam non patiatur, prout declaravit Congregatio Concilij apud Garziam. Hoc tamen privilegio non gaudent, qui in privatis tantum villis, aut Castellis, alijsve similibus locis, ubi congruum studiorum exercitium non est, morantur, uti habetur in *c. Tua 12. h. 8.* Cum videantur in fraudem hi agere, prætexentes quidem studia, alia tamen querentes,

## §. VII.

De alijs quibusdam Causis, de quibus dubitatur, an exonerent à residentia?

Dubitat primo an justa causa non residendi, si versetur Episcopus in curia Romana? & posse quidem tunc tunc Episcopo tali, cujus in curia Romana necessaria est opera, absentiam licentiam, cum bonum universali Ecclesie præferri debeat particulari Ecclesie, solus tamen titulus Cardinalatus, Episcopatus, &c. si alij non detur. Summum Pontificem consilio & pro totius Ecclesie bono jurare non excusat tales à personali residentia in suis Ecclesijs, & suis Titulis, nisi sim tam SS. Canones, quam Titulini jura docent, quia hoc modo universalis Ecclesie bono consulitur, ut non negligatur particularis Ecclesie necessitas. Dubitatur secundò, an sufficiens sit, ut possit ultra duos menses ab Ecclesia sua Parochiali abesse Parochus, Vicarius, aut Vicarij generalis, vel alij, in Curia suæ Diocesis v. g. ab Episcopo illi demandatum officium? & si negativè (cum jus antiquum, cuius causa ad permittendam hanc ab Episcopo absentiam requiritur, correctum Tridentino non sit) ita ut cum licentiam non habent, si alij idonei facile haberi possunt, non debent Parochi à suis Ecclesijs in ordine ad talia officia abstrahi, & etiam Diocesi ob tales causas ab Episcopo sit Parochus à sua Ecclesia Parochiali modò per substitutum curæ privatus.